

Lib. XXXVI. Tit. I.

Ad SCtum Trebellianum.

§. 1. *Fideicommissum Universale* est, cum tota hereditas vel pars ejus ab herede præstanda verbis precariis alteri relinquatur. Ejus not. 1. *Subiecta* velut efficientia. 2. *Objectum*, veluti Materia. 3. *Modus*, veluti Forma. 4. *Effectus*, veluti Finis.

§. 2. I. *Subiectum* & quidem

1. *Relativum*, quis? sc. relinquat, est is, qui testandi jus habet.

2. *Correlativum intermedium* h. e. is per quem vel à quo relinquatur, est

1. *Heres inde fiduciarius* dictus

f. testamentarius sit,

f. ab intestato succedat,

f. Jure Civili,

f. prætorio.

2. *Ipsè fideicommissarius*, per quem alii porro relinquatur fideicommissum.

3. *Heres heredis*, si sub generali nomine heredis gravetur, non sub proprio.

§. 3. 3. *Correlativum ultimum*, Cui relinquatur? nempe olim incapacibus hereditatum (v. g. peregrinis, mulieri L. Voconia, cælibi, orbo)

hodie, cum quibus est Testamenti factio. Et quidem

vel *Certis personis*,

vel *Cognatis proximis*

vel *Familie* h. e. descendentibus & transversalibus agnatis.

Cognati in specie sub nom. *Familie* non continentur.

§. 4.